

PSALMI LXXVII. DISPOSITIO.

Amarum dulce. Clamo, audiesne? Liberator.

Post titulum v. 1. habetur hic I. Fervida A invocatio: ubi (1) vox ad Deum: clamor: cujus consequens: Dei auscultatio: v. 2. (2) inquisitio Domini, tempore angustiae; v. 3. (3) manuum expansio: (4) anima solatii expers. ibid. (5) Dei recordatio: v. 4. (6) tumultuatio: (7) meditatio: (8) deliquium animi: ib. (9) insomnia seu ἀγρυπνία, v. 5. (10) obmutescencia; ibid. (11) recogitatio temporum praeterlapforum: v. 6. nec non musicae superioris; v. 7. [12] Scrutatio consiliorum divinatorum; v. 7. num (a) repudiabit in sempiternum? (b) num cessabit favere? v. 8. num (c) misericordia desit? v. 9. (d) num verbum gratiae expiravit? ibid. num (e) oblitus est misereri? v. 10.

II. Sui ipsius confortatio: ubi (1) infirmitatis propria agnitio: v. 11. (2) dextra Dei omnipotentis oppositio: ibid. [3] operum mirabiliumque antiquorum recollectio: v. 12. 13. (4) viarum Dei sanctarum aestimatio: v. 14. itemque (5) magnitudinis divinae incomparabilis; ibid. nec non (6) roboris inter populos deprædicati; v. 15. præcipue (7) Redemptio populi proprii gloriosa: v. 16. ubi (a) commotio aquarum marinarum: v. 17. (b) imbres: v. 18. (c) tonitrua, fulmina, fulgura, terræ motus: v. 18. 19. (d) traductio impervestigabilis ac plane miraculosa: vers. 20. 21. Quæ omnia de præsentis spem concitant novam de ope cælitus denuo præstanda infalibiliter.

PSALMUS LXXVII.

EXPLICATIO VERSUS I.

וְיָחִי Pro Jeduthunais, seu posteris Jeduthun: certum in sacris chorum musicum constituentibus: de qua inscriptione pluribus actum Psal. XXXIX, 1. & LXII, 1. Asaphum hunc Muis censet vel alium hujus nominis, de captivitate Babylonicâ hæc scribentem suo tempore, vel eum, qui οὐρανοῦ Davidi prævidit hæc in spiritu. Sic etiam Höpferus de posteriore, captivitate Babylonicam prædicente, precesque pro eâ præscribente, ex collatione cum Thren. III.

EXPLICATIO VERSUS II.

וְיָחִי vox mea ad Dominum: scilicet dirigitur, vel est intenta. Intelligitur hic vox vel sonus non qualiscunque, sed ejulantis, deprecantis, miseriam revelantis, opem invocantis, &c: quomodo Psal. III, 5. dicitur: voce meâ ad Deum clamo: Psal. V, 4. Domine, manè audias vocem meam: Psal. XVIII, 5. audivit ex templô suo vocem meam: item Psal. XXVII, 7. LV, 18. LXIV, 2. Comprehenditur autem hac voce sonus tum inarticulatus, ut sunt gemitus, suspiria, ejulationes, singultus, &c. tum articulatus, i. e. sermo vel submissus, qualis Luc. XVIII, 13. publicani in templô: Hannæ, 1. Sam I, 13. vel clamor validus, ut Ebr. V, 7. Quoad constructionem, hocce וְיָחִי accipi potest vel tanquam nominativus, subintellectô verbo substantivô est, q. d. vox mea, quanta quanta est, ad Dominum EST; vel tanquam ablativus, ceu Ps. III 5. voce mea clamo; & Psal. CXLII, 2. (ubi itidem gemina repetitio:) voce mea ad Dominum clamo, voce mea Dominum flebiliter invoco. Pro priore tamen facit copula וַאֲ, sequenti verbo præmissa, item sequens nudæ hujus vocis sine verbô iteratio; nec non accentuatio, de quâ Ledebuhr, *accent.* pag. 162.

וְיָחִי & clamo: exaggeratur hac ratione precum fervor, ita ut non sit nuda vox, sed vox intensè velut vociferantis, qualis erat propheta ad Regem Achab, 1. Reg. XX, 39. aut qualis

est puellæ, ob violationem pudicitiae exclamantis, Deut. XXII, 24. 27. viduæ, Elisæi opem implorantis, 2. Reg. IV, 1. mulieris, justitiam regis super matrem filio expetentis, 1. VI, 26. &c. vide supra Psal. XXXIV, 18. Convenit cum verbo וְיָחִי clamavit, de quô Psal. XXII, 6. Neque tamen coram Deo opus est sono hujusmodi grandi, auribus corporis perceptibili, sed corde etiam item peragi potest, ut Exod. XIV, 15. Thren. II, 18.

וְיָחִי vox mea: per anaphoram repetitur hoc ipsum, ad exprimendam precum continuitatem, frequentemque ac indefessam ipsarum iterationem, cujusmodi exempla fuere Psal. XXIX, 3. 8. Psal. LXVII, 4. 6. seq.

וְיָחִי & audire: h. e. aures ad me arroxit, precesque meas auditas opere ipsô exaudivit. Dei namque audire est exaudire. Simile illationis genus à prioribus exauditionibus usurpat etiam Messias, Psal. XXII, 5. seq. Tempus infinitum per enallagen ponitur pro præterito, ut Psal. VIII, 2. qui dedit decem; h. e. dedisti decus tuam supra cælos: Psal. XXXV, 16. וְיָחִי frenderunt. Lutherus in præsentem: er erhöret mich. prius: er wird mich erhören. sic in futurô Glass. I. 3. pag. 342. Campensis: donec autem præbeat mihi. sed durum est, copulam וַאֲ per donec h. m. reddere.

EXPLICATIO VERSUS III.

וְיָחִי in die: h. e. tempore angustiae meæ non enim unius saltem diei illa esse solet, sed multorum. Adeoque per synecdochen dies pro tempore in genere collocatur. Exempla similia habes Psal. XVIII, 1. 19. XLIV, 2. CIII, 15. &c. Ita hic Lutherus: in der Zeit meiner Noth. prius: am Tage meiner Noth. Campensis: quotiescunque adversi aliquid accidebat mihi.

וְיָחִי angustiae meae: videlicet tum corporalis, tum spiritualis, ubi anima vehementissime constringitur & coarctatur, exitus planè nullos inveniens; est enim וְיָחִי angustia, à וְיָחִי colligavit, constrinxit.

וְיָחִי quæsi Dominum: h. e. sollicitus fui